

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Dritter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1878.

Aus Handschriften.

Von E. Dümmler.

I.

Zu den Quellen der Chronik des Mönches Albrich von Trois-Fontaines zählt auch, wie bereits der Herausgeber bemerkte (SS. XXIII, 666), die 'Translatio S. Callisti', eine Geschichte der Uebertragung der Gebeine des Papstes Calixtus nach Cysoing¹⁾ im J. 854. Die Kenntniss dieser kleinen Schrift verdanken wir ausschliesslich den Bollandisten (Acta Sanct. Oct. VI, 443—447), welche mit Recht den Verfasser für einen Zeitgenossen erklärten, weil er sich nicht bloss selbst deutlich als solchen zu erkennen gibt, sondern auch von der zweiten Uebertragung des h. Calixtus durch Erzbischof Fulko von Reims (883—900) von Cysoing nach Reims, welche Flodoard (Hist. Rem. IV, c. 8) berichtet, offenbar noch nichts weiss. Um so bedauerlicher war es, dass die Bollandisten, welche 'ex ms. Ioannis Buzelini' schöpften, in c. 4 eine längere Lücke in ihrem Texte liessen (*Prolixe hic excurrit anonymus in laudes Everardi sed ea omittimus, quod nihil faciant ad translationis historiam*) und in c. 10, wo von dem Umbau der Kirche gehandelt wurde, eine durch Auslassungen des Abschreibers unverständliche Stelle brachten (*Plurima ista obscuritatis habent, nisi medica manus accesserit*). Den Spuren des Herrn Dr. J. Heller folgend (s. N. A. II, 310), bin ich in der Stadtbibliothek zu Reims, deren Benutzung mir auch während der Ferien freundlichst gestattet wurde, einer Sammlung von Heiligenleben aus dem XII. Jahrh. nachgegangen, um die Ausgabe der Bollandisten zu ergänzen. In dieser Handschrift, K. 780. 766 bezeichnet, findet sich f. 248 'Explicit passio beati Calixti pape et martiris. Incipit translacio eiusdem in Gallias. Factum est igitur euolutis multis annorum curriculis' bis f. 251' 'ubi sine fine cum sanctis suis omnibus uiuit et regnat deus per infinita seculorum secula, amen. Ex-

1) 'in monasterio quod ipse in partibus occiduus Galliarum in predio suo quod dicitur Cizonius in pago Tornacensi nobiliter struxerat' heisst es in der Handschrift.

plicit translacio sancti Calixti pape et martiris'. Nachstehend lasse ich nun daraus die beiden in der Ausgabe mangelhaften Stücke folgen:

(f. 249.) Ea igitur tempestate uir nobilissimis Francorum natalibus oriundus nomine Eurárdus ducatum Foriuliensis diuina ordinatione sub glorioso principe Lothário Lucdouici piissimi imperatoris genito ac in regni gubernaculis successore nobiliter amministrabat¹). Hic itaque miles Christi, non piger atque frigidus circa fidem ac dilectionem dei, multitudinem gentis Sclauorum aliarumque paganarum gentium, ubi et ipse quasi quidam marginalis miles ac limes ad discernendum filios dei a filiis diaboli fortiter astabat, ualida manu sepius debellauerat, pariterque armis terrendo ac predicationibus apostolicis instruendo ex eis paulatim spoliauerat atque inminuerat diaboli regnum et dilatauerat atque uestierat ecclesie catholicę domum. Nam sepe aduersum Ismahelitas atque Agarenos, qui se Saracenos gloriantur, dimicans contraque Numidarum ac Maurorum seuissimos populos resistens fortiter non modicum ex ipsis reportauerat triumphum. Et unde hostibus atque inimicis sancte ecclesie tristiciam atque formidinem incusserat, inde fidei domesticis atque eiusdem sancte matris ecclesie cunctis fidelibus leticiam et hilaritatem infuderat, totisque uite seu amministrationis sue diebus que dei deo et que cesaris cesari reddens, immunem se á cunctis que secularis potencie fastus²) requirit custodiens, deo soli quod fuerat uel quod fecerat sollicitus consecrabat. Erat enim eius uita et actus regi suo celesti pariter et temporali amabilis ac uenerabilis, sociis et contubernilibus predicabilis, hostibus ac peccatoribus formidabilis. Illis etiam, quos diabolice perfidie armis fidei subtraxerat, ecclesias ac monasteria per diuersa eorundem terre loca fabricauerat atque diuinis cultibus perornarat. Unde et nonnulli ipsorum non iam armis conterriti sed alleluia cantacione conpuncti, relictis demoniacis incantacionibus ad Christum toto corde conuersi, in sinum sancte matris ecclesie suscepti in domino quieuerunt. Insuper quoque uir dei uenerabilis atque memorabilis Eurárdus per diuersa loca regni Francorum subiecta, que sibi uel patrimonio cesserant uel donationibus regum prouenerant, basilicas Christo fundauerat, reliquiisque sanctorum dei, quas ubicunque inuenire poterat, sollertissime decorarat, bonisque suis temporalibus abundantissime cumularat. Hic³) itaque omnia que de beato Calixto facta fuerant a dicentibus uiris religiosis crebrius audiebat etc.

(f. 250'.) Ecclesia namque, que ibi constructa fuerat, antequam sanctus dei martir Calixtus deferretur, parua quidem

1) 'administrauit' hat der Druck, dessen Lücke hier beginnt. 2) faustus Hs. 3) Hier beginnt der Druck wieder.

atque inordinabili scemate edificata erat nec poterat sua inordinatione ac paruitate aliorum sanctorum reliquias, que inibi plurima habebantur, bene¹⁾ atque honeste prout decebat per aras congruas capere. Quod indignum ferens uir domini memorabilis Eurardus precepit, ut pars (f. 251) domus domini, in qua sanctorum pignora habebantur, stans atque immunis a casu seruaretur, pars uero tocius corporis ecclesie reliqua funditus euerteretur atque ita fieri uolebat, ut postquam que corruerat ordinabiliter atque firmiter a fundamentis ex maiori parte reparata fuisset, sanctorum inibi reliquie conderentur, ac sic demum pars altera que residua fuerat, funditus similiter euulsa a fundamentis ad lineam partis anterioris erecta consurgeret etc.

Zum Schlusse sei noch bemerkt, dass an die oben mitgetheilte Stelle der Translatio die Verse über den Markgrafen Eberhard anklingen, welche Dachery (*Spicilegium* XII, 495) abgedruckt hat. Sie berufen sich auf einen liber historialis als Quelle und sind aus einem Martyrologium des XV. Jahrh. entnommen, jetzt in Lille B. G. 12 bezeichnet.

II.

Klage um den Tod des Grafen Raimund von Barcelona.

- 1 **A**d carmen populi flebile cuncti
Aures nunc animo ferte benigno,
Quod pangit meritis uiuere laudes
Raimundi proceris, patris et almi.
- 2 **B**ellis terra potens, ubere gaudens
Quo nunc Esperie uulnere langues?
Cui turris patrię et lapsa repente
Raimundus procer, hunc morte premente.
- 3 **C**lari progenies pulcra Borrelli
Raimundus teneris cepit ab annis
Dux insigne patris ius moderandum,
Christi precipuus munere factus.
- 4 **D**um celsus procerum culmine staret
Ceruicemque patris flecteret orbis,
Extolli timuit dulcis amator
Et rector populi ceu pater omnis.

1) 'bene — habebantur' fehlt im Drucke, weiterhin 'reparata' und 'inibi' und für 'ac sic' steht 'ac si'.

V. 2, 2 languens Hs. 4, 4 populus verb. in populi Hs.

- 5 **E**ffulsit fidei luce fidelis,
Princeps egregius semper in orbe,
Iustus iudicio, famine uerus,
Hostis falsiloquis hic erat acer.
- 6 **F**ultus presidio numinis alti,
Ducens castra sibi fortia Christi
Strauit barbariem, fanaque triuit,
Cultureque dei templa dicauit.
- 7 **G**estis preposuit cuncta potenter,
Sic pulsus tenebris ore prophanis
Struxit christicolis castra salutis,
Barchinona potens, te renouauit.
- 8 **H**ic per iusticię limina cedens
Prebebat populis iussa salutis,
Ut uiuendo pie regna subirent
Celestis patrię post sine fine.
- 9 **I**lli cura fuit maxima regni
Scissuras placido stringere pacto,
Discordesque sibi nectere mentes
Primo nequitię fraude repulsa.
- 10 **K**arus hic populis extitit orbis,
Qui famam meriti transtulit astra,
Et celso micuit nomine terris,
Ut sol in radiis orbe refusis.
- 11 **L**ux ingens patrię, gloria terre,
O Raimunde, tuis quam pius olim
Domnus more patris cunctę fuisti,
Qui scalam emeras tristibus omnem.
- 12 **M**iro uos, inopes, fouit amore,
Vestri tutor erat dulcis et altor:
Nam quod seua manus sontis ademit
Vobis restituit, iure peregit.
- 13 **N**am sacrata dei templa beaut,
Donis eximiis et decorauit,
Et clerum patrię fouit honeste,
O Borrelle magis inclite presul.
- 14 **O** quę christicolis urbs sat Olimphi
Terragona piis clara stetisti!
Te prisco statui ferre parabat,
Hinc ornare tuam presule plebem.

- 15 **P**ro quantis fieres clarus in actu,
O Raimunde, tuis lux patrięque,
Ni te seua tuis mors rapuisset,
At flatus petiit regna quietis.
- 16 **Q**uam post regifico ductus honore
Coram certa pio pignora papa
Bernardi comitis pace tulisset:
Inuidit properans mors remeanti.
- 17 **R**euera patrię tam decus ingens,
Ut migrasse ferunt, fluxit ad imas
Plebs omnis lacrimas, undique uultus
Multus fit patrium cernere funus.
- 18 **S**e dant precipites uulnere cordis:
Pars scindunt facies, flebile uisu,
Dant luctus uarię milia plebis
Et clamore truci sidera pulsant.
- 19 **T**e, Raimunde procer, quam cito, pulcher,
Nobis mors rapuit seua misellis!
Quis tam dulcis erat rector in orbe
Extans, qui dominus ceu pater adsit.
- 20 **V**e tellus tenebris mersa doloris!
Te liquit patrię gloria fulgens.
Barchinona, tibi quis dolor hesit,
Qua defuncta patris membra putrescunt.
- 21 **X**eromane, pium plange patronum,
Barchinona potens urbsque Gerunda
Usque Ausona simul Urgella tellus,
Hinc quadrata fleant climata mundi.
- 22 **Y**mnum ferte deo dulciter almo,
Qui pro patre dedit pignus in aruis:
Huic parete, uiri, corde fideli,
Iussis uosque pię subditę matris.
- 23 **Z**elo nunc fidei poscite cuncti:
Lucis summę pater, cede quietem
Raimundo proprie prolis amore
Quę tecum deus et flamine regnat. Amen.

Dieser alphabetische Klagegesang ist uns von einer Hand des eilften Jahrh. aufbewahrt in dem Codex der Pariser Nationalbibliothek 5941 f. 92. Mehrmals erwähnt (s. Archiv VIII, 355; Duméril, Poésies inéd. du moyen âge, Paris 1854 p. 277 n. 1) ist er doch meines Wissens bisher ungedruckt geblieben. Die

Todtenklage gilt dem Grafen Raimund (Ramon), von dem die *Annales Barcinon.* (SS. XXIII, 2) melden: '1017 Obiit Raimundus Barchinonensis comes, filius Borelli comitis'. Sein Vater hatte ihm die Nachfolge 993 hinterlassen. Vgl. über ihn Schäfer, *Geschichte von Spanien II*, 294; Dozy, *Geschichte der Mauren in Spanien II*, 181, 199, welche beide aus unserem Gedichte ergänzt werden könnten.

III.

Incipit epistola Gosberti ad Parisienses Goselmum
et Gualterum sibi suimet anima cariores.

Cum omnis eloquentiæ doctrina et omnium liberalium studiorum disciplina latinam educaret infantiam uelud mater Grecia, nec aliquis adhuc lior sapientiæ lumen obumbrarat uel spes nulla laboris magistrorum linguam astrinxerat, maiores quidem nostros triplici floruisse scientia reperio. Nunc autem ut ex toto sapientiæ iam deficit honor, sic eius etiam intimus amor. Studiis igitur neglegentia languentibus uix una in omnibus scintilla scientiæ percipitur. Hac enim tempestate doctissimis doctior minor¹⁾ est ut legitur antiquorum minimo. Cum sit itaque nunc paucorum utcumque super finem attingere artium, sunt quidem a quibus iam eorum quibusdam omnino supersedetur, ut a Gallis grammaticæ, ab Italis uero matheseos disciplinæ. Grammaticam namque simulantes breuitatis uix uisu patiuntur Francigenæ uolumina Prisciani. Hoc ergo attendens, carissimi, quod amica grammaticæ Italia me diu diuque insudantem docuerat, uestreque communi utilitati ascribere non fuit inuidia, quatinus non minus quam in ceteris Francigenas et in hac sua Italos uestri excellat prudentia. Uobis itaque Priscianum competenter²⁾ transformatum non magis rerum ipsa commendet mirabilis utilitas, quam maternæ breuitatis accurata diligentia. Regulas quippe summam decerpsimus, rationum quoque et exemplorum necessaria tantum perstrinximus, ut nec tamen in paucis obscuritas nec in multis aliquibus superfluitas. Haec igitur epithonia, quod est adbreuiatio, studiosis quidem summa est utilitatum collectio, tediosis autem plurimorum sub paucis traditio memoria est etiam obliuiosis anchora tenacior. Quam licet nonnullorum aspernetur inuidia, ars non commendabit et operum utilitatis³⁾. Uobis itaque placeat, carissimi, quod caritas operatur pauperis ingenii, et mea, inquam, non arguatur presumptio, sed constricta Prisciani attendatur ratio. Eum equidem totius operis sequitur gloria, me autem Gosbertum sudor et garrula quorundam inuidia.

1) minus Hs. 2) compotenter Hs. 3) Man erwartet: ars tamen commendabit et operis utilitas.

Der vorstehende meines Wissens bisher ungedruckte Brief wird uns durch den Codex der Pariser Nationalbibliothek 7521 (ol. Puteanus) überliefert. Er steht dort in kleiner zierlicher Schrift, die wohl schon dem 12. Jahrh. angehört, auf fol. 31; unmittelbar daran schliessen sich die Capitel und sodann der Auszug aus Priscian selbst, welcher fol. 44' endet: 'Explicit epithonia Prisciani quod est abbreviatio'. Gosbert wird nach dieser Handschrift von Fabricius erwähnt (Biblioth. lat. med. et inf. aet. III, 222), auf seine Herkunft gestattet vielleicht der Umstand einen Schluss, dass das in derselben Handschrift vorangehende, allerdings viel ältere (f. 13—29') Exemplar von Wandalbert's Martyrologium aus Orléans oder St. Mesmin stammen muss, wie ich an einem andern Orte nachweisen werde.
